



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quomodò in nouissimis temporibus honor tolletur à sacerdotibus. tit. 258

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

pelire. Sic fecerunt Arriani hæretici catholicis, ut scribit Eusebius. sed hæc neminem moueant. Num pluris est Catholica vnitas & salubrior, quàm temporalis comestio Eucharistiæ. Adsit fides Sacramenti, credens Christum pro te corpus & sanguinem suum dedisse, Matthæi 26. & quia Dominus est Deus totius terræ, vbique nouit suos in fide & catholica vnitate sepultos: nec locus sanctificat, aut aliquid facit ad salutem, proiecerunt corpora martyrum in cloacas, & in stabulis sepeliêrunt, quæ tamen postea cum gloria sunt eleuata, &c.

*QUOMODO IN NOVISS.*

*mis temporibus honor tolletur à sacerdotibus.*

TITVLVS CCLVIII.



Rimò tempore Antichristi, id est, hæretici sum in annis nouissimis, quando fides & obediëntia Romana periclitatur, tunc etiam honor tolletur à sacerdotibus, sicuti Angelus Domini sancto Episcopo Methodio in carcere reuelauit, & inquit: Tales ministri erunt illis diebus, qui attendent spiritibus erroris, id est, doctrinis, 1. Tim. 4. & illi erunt in magno precio apud populum. quicquid enim imperabunt, de facili perficient. Sed timentes Dominum sacerdotibus, in nullo erunt precio: omnia quæ facient, mala reputabuntur, & in conspectu oculorum erunt in vituperatione, sicut stercola pedibus conculcata, & colletur omnis honor à sacerdotibus. Secundò, supprimetur ministerium Dei: nemo curabit illorù seruitium, cultum, orationem. Tertio, & quiescet omne sacrificiù vespertinum, matutinum, horarum canonicarum & altarium in Ecclesijs. Quarto, & erunt sacerdotes sicut & populus in eodem tempore. Hierarchicus celebrabit Missam & sacerdos tenebit aram, Monachus & Leuita agent equos.

Secundò, hoc quoque prædixerunt aliqui futurũ  
super sacerdotium, Dauid Psal. 104. Conuertit Do-  
minus cor eorum, vt odirent populum eius, & dolũ  
facerent in seruos eius, id est, sacerdotes & clericos,  
Ecce contemptus. De precio pseudoprophetarum, 2.  
Cor. 11. Sustinetis enim, si quis in seruitutem vos re-  
digi. Matt. 5. Vos estis sal terræ: quòd si sal euane-  
rit, id est, si homines hoc contempserint, quid erit sa-  
litum, id est, sapidum in Ecclesia? Daniel. 8. Cessabit  
iuge sacrificium. Esa. 24. sicut sacerdos, sic erit popu-  
lus: vel, sicut populus, sic erit sacerdos. Ergo omni  
honor tolletur à sacerdotibus.

Tertiò, hoc ante omnia contiget super clerum p-  
pter peccata, quorum primum erit deuotionis dimi-  
nutio: auferetur enim ab illis spiritus deuotionis:  
sic quòd nemo clericatum suscipiet propter Chr-  
stum, vt velit esse in messe Dei operarius, Lucæ 1.  
sed solum vt quærant quæ sua sunt, in ocio viuant,  
& sic omnis cultus Dei minuetur, & ex toto amitte-  
tur. Ierem. 48. Maledictus qui facit opus Domini  
fraudulenter. & sic iam videmus in plerisque, qui vo-  
lunt esse sacerdotes, & tamen erubescunt tales appa-  
rere: Erubescunt deferre coronam, id est, rasuram ca-  
pitis: potiùs barbam nutriunt. Sic de breuibus tuni-  
cis, sic negliguntur chori, horæ, &cæt. Psalm. 50.  
Spiritus sanctum tuum ne auferas, sic prædicatio-  
nem verbi & studia literarum sacrarum cõtenuunt.  
Secundum peccatum est auaritia in beneficiorum  
pluralitate, quæ non conferuntur vtilibus personis  
Ecclesiæ, & ad cultum Dei dispositis, sed solum pro-  
pter pecuniam vel fauorem promouentur. & hic ef-  
asinus procumbens sub multitudine saccorum &  
quis non videt varios laqueos, quibus se immisce-  
clerus cum multis beneficijs, quæ Curtifani & Ro-  
mani vèdunt? Domus ædificamus curiosas, & Eccle-  
siam Christi deserimus hæreticis deuastandam. Apo-  
stolu

stolus 1. Timot. 5. Duplici honore digni sunt presbyteri, id est, reuerentia & prouisione. Sed adiungitur, qui benè præsent. Secundò, qui laborant in verbo & doctrina, sed iam est contrarium. Tertium peccatum est luxuriosa vita: quomodo enim docent honorabile coniugium, & quatenus Deus fornicatores & adulteros damnabit, qui ipsimet tales fuerunt, Heb. 13. Quoniam ergo sacerdotes, sacerdotes non sunt, nec esse volunt, & monachi, monachi non sunt, idè tolletur honor ab ipsis &c.

A SANCTUARIO TRI-

bulatio incipiet.

TITVLVS CCLIX.



Rimò, Prophetæ & quotquot loquuntur sunt de tribulatione Antichristi, quam faciet fidelibus, etiam hoc diligenter annotârunt, quòd talis primò incipiet à domo Dei, id est, cum illis qui sunt Ecclesiæ ministri. Subindè, cum pijs sanctis & fidelibus hominibus, illos permittet Deus ad tempus tribulari. Sic Ieremiæ 25. dicitur: Ecce ego incipio pœnam à metropoli, vbi nomen meum inuocatur, vbi sunt filij mei. & cap. 49. qui non meruerunt, vt bibant de calice, illos oportet bibere. Sic permittit Deus aduersarijs, Ezechiel. 9. Percutite, & à sanctuario meo incipite. & 1. Pet. 4. dicitur: Iam est tempus, vt iudicium Dei, id est, correctio incipiat à domo sua, &c. Sic permittit Deus occidi sanctos Apostolos, martyres, viros probos & iustos, vt Ioannes Baptista occiditur propter meretricem, Marci 6. Assatur Laurentius. Sic omnes Prophetæ lamentabiliter sunt occisi, 2. Tim. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem &c.

Secundò inquires: cur Deus permittit sic pios & innocentes torqueri? Respondeo, vt ceteri mali & non ut.